

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Observationes Criticæ In Aliqvot Veteris Foederis Loca**

**Milow, Johann Nikolaus**

**Kilonii, [MDCCCLXV?]**

**VD18 11840323**

Locus V. 2. Sam. 8. 18.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15744**

3) Quid est illud: *cum reverteretur?* Crederes hic esse sermonem de illo p̄cilio, cuius paullo ante *vers. quinto* facta est mentione: nihilominus tamen duo momenta adsunt, quae huic sententiæ videntur obstat:

- 1) Primo enim p̄ciliū *illud* non videtur in valle Salis, sed prope Euphratēm esse commissum. conf. omnino *vers. 3. sq.*
- 2) Secundo vero ceciderunt in illo non duodecim, sed *viginti* duo millia. Ita enim legitur *vers. 5 & 6*: *venerunt autem Syri ex urbe Damascon auxiliatum Hadad-Esero, Regi Zoba; sed David cecidit Syrorum 22000, et in urbem Damascon introduxit præsidium.* Ita Syria Davidi subiecta erat.

In loco Parallelō i Chron. 19. v. 12. 13. verba nostra ita se habent:

*Et ABISAI, ZERUIÆ FILIUS cecidit EDOMITARUM ויעש זור שם ואבשי בצדarrowה הכה אתarrowם*  
*(כטבו מהכותו אתarrowם) in valle Salis octodecim millia, et imposuit in EDOM præsidia, Omnes EDOMITÆ Davidi servi erant: Jehova enim Davidi, quoquaque proficicebatur, aderat.*

Maxima ergo hic loci librarii menda illa est, qua in voce אָרָם pro litera ר literam ר scripsit; sed hujus commutationis sexcenta alia deprehenduntur exempla, e quibus hic quidem sequentia attulisse sufficiat. Nimirum qui Gen. 10. 3. vocatur רופת per Resch, is i Chron. 1. 6. vocatur per Daleth. Rursus ibidem Gen. 10. 4., qui vocatur Dodanim, is i Chron. 1. 7. dicitur רודנים Rodanim. Item qui Gen. 36. 39. vocatur הַרְרָר Adar, is i Chron. 1. 49. dicitur Adad. Denique, i Chron. 18. 3. qui vocatur הַרְרָעֵז Adarezer, is 2 Sam. 8. 3. 5. dicitur Adadezer.

*Locus V.*  
*2 Sam. 8. 18.*

Benaja filius Jojadæ ET (1) Crethæi & Plethæi.  
 Et filii David principes aulæ (LXXII. αυλαρχαι) erant.

B

Mihi

Mihi in priori commate nulla sententia: Interpretes tamen Particulæ  $\gamma$  hic loci subjiciunt significatum nostri **beij**, quem sibi persuadent confirmari posse ex 1 Sam. XIV. 18. ubi dicitur: *fuisse arcum Dei ET (γ) filios Israel*: i.e. (ut illi volunt) **beij** den Kindern Israel. Sed

- 1) Primo hunc locum corruptum videri, jam supra monui. **ET**
- 2) Secundo: posito, me hic in errore fuisse; quis tamen est, qui non intelligat, notiones prorsus diversas esse,  $\gamma$ , si *inter*, ut illic, &  $\gamma$ , si *super*, ut in nostro loco, significet? *Hic quidem hujus posterioris Particulæ nostræ potestatis exempla postulo; sed quis, qui illa afferat, erit?*

Locus Parallelus 1 Chron. 19. 17. verba nostra ita habet:

*Et Benaja, filius Jojadæ (erat) SUPER (על), sc. præerat Crethæis & Plethæis.*

Et bene: nam ita 2 Sam. 20. 23. legitur: „Joabus toti exercitui, Benaja autem, filius Jojadæ Crethæis (על-הכרי) melius in margine החרתי (על החרתי) & Plethæis præerat.“

*Locus VI.*

2 Sam. 21. 8.

Sumsit etiam Rex quinque illos *Michalis*, (מיכל) Sauli filiæ, filios, quos *Adrieli*, filio Bar-sillai, Mecholathitæ pepererat.

Librarium in voce *Michal* mendosum fuisse, videtur mihi quidem extra omnem dubitationis aleam positum esse sequentibus momentis:

I. Primo nempe, quia *Michal*, quantum ex historia constat, nulli unquam cui nomen *Adriel* erat, fuit *nupta*, sed ex 1 Sam. 18. 27.

a) Primo

